



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**


**Venetiis, 1643**

Sessio V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

falsas reuelationes prædicantes debeant rigorosè ac seuerè puniri ab Episcopis diocæsanis, ex Concilio Lateran. d. sess. 11. & ex hoc decreto, colligunt Ludou. Miranda d. quest. 50. artic. 7. conclus. 1. Hornobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 11. cap. 7. quest. 18. resolut. 3. in fine. Aloy.

Ricc. in decis. Curia Archiepif. Neapol. decis. 397. num. 2. parte 4. Ioan. de Solerzano de Indiarum iure tom. 2. lib. 3. cap. 26. num. 64. & 65. Nouar. in Lucerna Religios. verb. Prædicatores num. 1. pag. 202. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 76. num. 48. & 49.



SESSIO. V.

Decretum de peccato originali.

- 1 Peccatum originale.
- 2 Infantes baptizandi.
- 3 Baptizari debent Christianorum paruuli recentes, quantumuis parentes recusarent.
- 4 Iudæorum, & aliorum infidelium infantes ante usum rationis inuitis parentibus licitè baptizari non possunt.
- 5 Infans qua ætate dicatur habere usum rationis.
- 6 Baptismus confert gratiam.
- 7 Peccatum originale, & peccata actualia, quæ commissa sunt ante Baptismum, remittit gratia in Baptismo producta.
- 8 Penalties in hac vita de facto nõ tollit Baptismus.
- 9 Concupiscentia manet in baptizatis. Peccatum non est in sensualitate sine consensu voluntatis. ibid.
- 10 Conceptio immaculata B. Virginis.
- 11 Paulus V. quid statuerit circa conceptionem immaculatam B. Virginis.
- 12 Gregorius XV. de eadem re.
- 13 Prædicatoribus Fratribus conceditur licentia in quibuscumque priuatis eorum colloquijs differere de materia Conceptionis B. Virginis.
- 14 Vniuersitates studiorum nonnullæ statuto se adstrinxerunt defendendi opinionem piam immaculate Virginis in suo conceptu.

Hebr. 11.

Ephes. 1. Genes. 3.

Infra 117. & 134.

Celestii. 1. p. 1. 64. Genes. 3. Hebr. 2.

Concil. Arausicanum. 205.

Rom. 5. 1. Cor. 15. Concil. Arausicanum 2. cap. 2.

Rom. 5. d. Cap. placuit, c. regenerante, & c. quæritis. in fin. de consecr. dist. 4.

1. Tim. 2.

1. Cor. 1. Col. 1. cap. multipl. de pœna, dist. 4. g. Act. 4.

Ioan. 1. c. nemo. de consecr. dist. 4.

Galat. 3.

Con. Mileuitan. c. 2. Con. Apher. 77. & c. placuit, de col. dist. 4.

Rom. 5. cap. placuit c. quæritis in fi. & c. regenerante, de consecr. dist. 4.

T fides nostra Catholica, sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus, in sua sinceritate integra, & illibata permaneat: & ne populus Christianus omni vento doctrinæ circumferatur: cum Serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala, quibus Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali, eiusque remedio non solum noua, sed vetera etiam dissidia excirauerit: sacrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præsentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, iam ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, sacrarum Scripturarum & sanctorum Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ iudicium & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit, statetur, ac declarat.

1. Si quis non confiteatur primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statum, sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam præuaricationis huiusmodi iram, & indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem sub eius potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli; totumque Adam per illam præuaricationis offensam, secundum corpus, & animam in deterius commutatam fuisse, anathema sit.

2. Si quis Adæ præuaricationem sibi soli, & non eius propagini, aserit nocuisse: & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse: aut inquinatum illum per inobedienciæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ, anathema sit, cum contradicat Apostolo dicenti: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

3. Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum est, & propagatione, non imitatione transfusum omnibus inest vnicique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aserit tolli, quam per meritum vnus mediatoris Domini nostri Iesu Christi, qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio, aut negat ipsum Christi Iesu meritum per Baptismi Sacramentum in forma Ecclesiæ ritè collatum, tam adultis, quam paruulis applicari, anathema sit: quia non est aliud nomen sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri, Vnde illa vox: Ecce Agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi. Et illa: Quicumque baptizati estis, Christum induistis.

4. Si quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam, vnde sit consequens, vt in eis forma Baptismatis, in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit, quoniam non aliter intelligendum est id, quod dixit Apostolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum Ecclesia Catholica vbique diffusa semper intellexit: propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regenerentur.

regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. <sup>n</sup> Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei,

5. <sup>s</sup> Si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in Baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet, sed illud <sup>o</sup> dicit tantum radi, aut non imputari, anathema sit: in renatis enim nihil odit Deus: quia nihil est damnationis ijs, qui verè <sup>a</sup> conscripti sunt cum Christo per Baptisma in mortem: qui non <sup>2</sup> secundum carnem ambulant, sed <sup>1</sup> veterem hominem exuentes, & <sup>1</sup> nouum, qui secundum Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati, pueri innoxij, ac Deo dilecti effecti sunt, <sup>4</sup> hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita ut nihil profus eos ab ingressu cali remoretur. <sup>6</sup> Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur, & sentit: quæ cum ad <sup>x</sup> agonem relicta sit, <sup>z</sup> nocere non consentientibus, sed vtiliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus non valet: quinimo, qui legitime <sup>7</sup> certauerit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando <sup>2</sup> Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè, & propriè in renatis peccatum sit, <sup>a</sup> sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat: si quis autem contrarium senserit, anathema sit.

<sup>n</sup> Declarat tamen hæc ipsa sancta Synodus, non esse suæ intentionis, comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam, Dei genitricem, sed obseruandas esse <sup>b</sup> constitutiones felicitis recordationis Xyiti Papæ IV. sub pænis in eis constitutionibus contentis, quas innouat.

<sup>a</sup> Respicit cap. 13. lib. 1. com. 2. ep. Pel. & alios locos eiusdem. <sup>b</sup> In extra. commun. lib. 3. de reliq. & ven. sanct. c. gra. Vide post finem huius libri,

<sup>n</sup> Ioan. 3. c. filius, & c. non dubito, de cõs. dist. 1. c. dicitur, cum seq. de Bapt. <sup>2</sup> Ex cap. 17. lib. 7. con. 2. epist. Pel. <sup>3</sup> Rom. 8. <sup>4</sup> Rom. 6. & cap. prop. de concit. d. 4. <sup>5</sup> Rom. 8. <sup>6</sup> Gloss. 3. <sup>7</sup> Eph. 4. cap. quomodo renouari, de peccat. dist. 7. <sup>8</sup> Rom. 8. Galat. 3. <sup>9</sup> Ex c. vit. lib. 1. de pen. & rem. <sup>10</sup> 2. Tim. 2. <sup>11</sup> Rom. 6. 7. & 8. Coloss. 1. <sup>12</sup> venimus.

1. Vide Nauar. in man. pralud. 8. à princip. Iodoc. in thesau- ro Catholico tom. 2. lib. 2. Azor. in sit. moral. part. 1. lib. 3. cap. 31. & 32. de Institut. originali, & lib. 4. cap. 25. de peccato originali, lul. Lauer. de Indulgent. p. 2. cap. 1. num. 4. cum multis seqq. alios refero in collectan. ad cap. maiores, de Baptismo. Torrelanca. de iure spirit. lib. 2. cap. 4. à num. 49. Hurtado de Sacram. disp. 4. de Baptismo, diffie. 1. & 2. vbi quod per Baptismum tolluntur, & eradicantur peccata omnia tam originale, quam actualia.

<sup>a</sup> Si quis non confiteretur, &c.] Vide Azor. d. lib. 4. c. 25. g. 1. vbi hic definitum asserit peccatum originis esse in posterum à primo parente per propagationem traductum.

<sup>b</sup> Si quis hoc Ad peccatum, &c.] vide Azor. d. lib. 4. cap. 26. prope fin. vbi definit peccatum originis esse priuanciam iustitiæ originalis debite communi sanguinis propagatione ab Adamo deriuata. Vasq. tom. 2. disp. 151. num. 18. & 19. Molfet. in sum. Theolog. moral. tract. 8. c. 6. num. 16. & 26.

2. <sup>2</sup> Si quis paruulus recentis, &c.] Vide Aegid. de ConincK de Sacram. & censur. tom. 1. g. 68. num. 55. Valent. disp. 4. quæst. 3. puncto 1. AZOR. d. p. 1. lib. 4. cap. 34. vers. quartus error. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 27. num. 66. Bonacin. de Sacramentis disp. 2. g. 2. puncto 6. num. 10. cum seqq. Hurtado de Sacram. disp. 3. de Baptismo, diffie. 2. vbi disp. 4. diffie. 3. statim in princ. quod Baptismus confert paruulis gratiam, per quam deletur originale peccatum.

3. Possunt enim & debent baptizari Christianorum paruuli recentis, quantumuis parentes recusarent, qui tunc tanquam apostatae possent puniri, vt docent Sot. in 4. disp. 5. q. onic. art. 2. concl. 2. artic. 2. arg. vers. secus de Christianorum proliis. Anton. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesie existen. lib. 2. cap. 32. in fine. Bonacin. d. puncto 6. num. 10. Torrelanca. de iure spirit. lib. 2. cap. 5. num. 28. cum seqq. Cardin. Bellarm. lib. 1. de Bapt. cap. 10. Valent. tom. 4. disp. 4. g. 3. puncto 1.

4. Iudeorum verò, & aliorum infidelium infantes ante vsum rationis inuitis parentibus licite baptizari non posse, nisi habeant vsum rationis, & petant Baptismum, docent Gregor. Lop. l. 2. glos. 3. tit. 23. p. 2. S. Thom. 2. 2. q. 10. art. ult. S. Antonin. in sum. p. 2. tit. 12. c. 2. S. pueri Iudeorum, Perer. l. 12. verb. tornar à la fe Catholica, tit. 3. lib. 8. Card. Paris. cons. 2. num. 38. Nat. cons. 434. lib. 2. Nau. cons. 4. sub tit. de conuers. infidel. Simanch. de Cathol. instit. tit. 29. num. 52. Menoch. illust. lib. 1. cap. 8. num. 12. Cuch. instit. Canon. lib. 5. tit. de Baptismo num. 130. Cornel. Benincas. in tract. de pauper. spec. 5. num. 8. Marquard. de Iudæis p. 2. cap. 2. sub num. 6. vers. sed Dominus, Afflic. decif. 151. Vasq. in 3. p. S. Thom. tom. 2. disp. 155. Azor. d. p. 1. lib. 3. cap. 25. Aegid. de ConincK de Sacram. & censur. tom. 1. disp. 68. art. 1. Soar. tom. 3. disp. 25. sect. 3. Pascal. de patria potestate p. 1. c. 2. sub num. 3. Valer.

Reginald. in praxi fori poenitens. lib. 27. num. 68. Anton. Ricciul. d. lib. 2. c. 32. per tot. Bonacin. d. puncto 6. num. 11. Torrelanca. d. lib. 2. c. 5. num. 42. Hurtado de Sacram. disp. 3. de Baptismo, diffie. 3. & 4.

Qua vero ætate infans dicatur habere vsum rationis 5. ad hoc vt possit inuitis parentibus baptizari, diuersa fuit Doctorum sententiæ? De quibus vide Burfat. cons. 231. num. 3. lib. 3. Paschal. d. p. 1. cap. 7. num. 6. Barthol. ab Angelis de Sacram. vbi de Baptismo, §. 23. Nald. in sum. verb. Baptismus, num. 6. Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 7. cap. 1. à num. 10. Bonacin. d. puncto 6. num. 11. vers. si dubitetur, Anton. Ricciul. d. lib. 2. cap. 33. per tot. inter quos receptor tenet sententiã, bapuzandum esse si iam compleuit septennium.

<sup>8</sup> Si quis per Iesu Christi, &c.] Vide Cou. in cap. alma mater, part. 1. §. 10. num. 11. Aegid. d. tom. 1. g. 69. art. 6. num. 1. Valer. Reginald. d. lib. 27. num. 61. Bonacin. d. disp. 2. g. 2. puncto 7. num. 2. vbi quod Baptismus confert gratiam simul cum reliquis virtutibus, & donis, quæ gratiam consequuntur, modo non adhibet obex ex parte suscipientis, & citat Tolet. Pet. Ledesma. Vasq. & alios.

Gratiam in Baptismo productam remittere peccatum originale, & peccata actualia, quæ commissa sunt ante Baptismum, docent Barthol. ab Angelis de Baptismo, dial. 2. §. 156. Petr. de Ledesma in sum. part. 1. de Sacram. vbi de Baptismo, cap. 19. Bonacin. d. puncto 7. num. 4. Cardos. in praxi Iudicium, verb. Baptismus, num. 24. ac proinde delere omnem pœnam peccatis debitam, tradunt S. Thom. 3. p. quæst. 69. art. 2. Petr. de Ledesma d. cap. 9. vers. tercera conclusiva, lul. Lauer. d. p. 2. cap. 3. num. 12. Bonacin. d. puncto 7. num. 3. scilicet quoad Deum, & in foro poli. glos. in cap. gaudemus, de diuert. Dec. cons. 130. & in cap. que in Ecclesiis, num. 83. cum seqq. de consil. Cou. var. lib. 2. cap. 10. sub num. 4. Surd. de aliment. tit. 7. g. 1. num. 45. Sanch. de Matrim. lib. 10. disp. 3. num. 5. Fatin. in praxi crimin. p. 3. g. 98. num. 150. Cened. ad Decretal. collect. 23. num. 3. Anton. Ricciul. d. tract. lib. 7. cap. 58. num. 17.

Pœnalitates tamen in hac vita de facto non auferre 8. asserunt S. Thom. d. quæst. 69. art. 3. Valer. Reginald. d. lib. 27. num. 63. Bonacin. d. puncto 7. num. 7. Ego ipse in collect. ad c. maiores, num. 8. de Baptismo.

<sup>9</sup> Manere autem in baptizatis concupiscentiam, &c.] Vide Henriq. in sum. p. 1. lib. 2. c. 16. §. 2. & §. 7. Aegid. de ConincK. d. g. 69. art. 3. num. 6. lul. Lauer. de Indulgent. p. 2. c. 3. num. 22. & 23. nouissime Fr. Mag. Franciscus de Arauio in 1. 2. S. Thoma tom. 1. g. 74. art. 4. dub. 4. num. 33. in princ. pag. 366. vbi dicit Concilium in presentem definire, concupiscentiam, siue prauam inclinationem appetitus ad malum non habere rationem culpæ, sed appellari peccatum, quia est ex peccato, scilicet originali, & inclinatur in peccatum, scilicet

scilicet actuale, & ideo dicitur fomes peccati, qui relinquitur in renatis post Baptismum ad agonem & pugnam, vt ei resistendo magis mereantur, Hurtado *d. disp. 4. de Baptismo diffie. 1. in fine.*

¶ *Nocere non consentientibus, &c.* ] Nullum esse peccatum in sensuualitate sine consensu voluntatis, probat ex hoc text. Fr. Mag. Franciscus de Araulo *d. q. 74. art. 4. dub. 3. num. 31. pag. 364.*

10. a. *Declarat tamen, &c.* ] Vide Stephanum VVeyms *ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas, & per Concil. Trident. innovatas, constit. 18. pag. 203. cum seqq. vbi dicit innovari. Extrauag. cum pra excelsa, & Extrauag. graue nimis, de reliq. & venger. Sauct. inter communes, per text. Concilij in presenti, & vnum ac alterum multipliciter declarat. De immaculata Beatissimæ Virginis Conceptione libros integros edidit Lusitanus Fr. Agidius, de presentatione, & Hispanus Ferdinandus Quirinus de Salazar, illamque immunitatem fuisse à peccato originali multis comprobant, Henriquez *in sum. lib. 3. cap. 11. §. 3. prope fin.* Fr. Emmanuel. *Regul. tom. 1. quæst. 57. Spin. in speculo testam. gloss. 3. in princ. num. 17. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 3. num. 2. Valquez in 3. p. 8. Thoma. tom. 2. disp. 116. Ceual. commun. contra commun. quæst. 346. Aldrete de Religiosa disciplina tuenda, lib. 2. cap. 20. num. 14. Campan. in diuersis iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 139. Martin. Delri. *disquisit. Magic. lib. 4. cap. 1. quæst. 3. sect. 9. AZOR. instit. moral. part. 1. lib. 4. cap. 34. quæst. 3. Galgaret. de iure publico. lib. 3. titul. 70. Paul. Comitot. *respons. moral. lib. 6. quæst. 40. Portel. in dubijs Regular. verb. Conceptio Deipara, Villalob. in sum. part. 1. tract. 17. diffie. 25. Hieronym. Roderic. in compendio quæst. Regul. resal. 30. nouissimè Fr. M. Francisc. de Araulo in 1. 2. s. Thoma. tom. 1. q. 81. art. 3. pag. 417. cum seqq. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 50. num. 109. cum seqq.****

Huius interim Decreti, & dictarum Extrauagantium vim paulo latius explicauit Pius Papa V. per declaratoriã vnam Bullam, quam pridie Kalend. Decembris 1570. desuper edidit; cuius tenorem summarie referre opere preuium idcirco videtur. Is enim saluberrimis istis Prædecessorum suorum, & præsertim Synodi Tridentinæ decretis insistendo, permisit quidem cuique libertatem priuatim opinandi in quamlibet partem, prædictæ controuersia, prout vel magis pium, vel magis probabile iudicauerit, sed vetuit ne quisquam publicè, præcipue in concionibus popularibus, & vbi promiscua virorum & mulierum multitudo conuenire solet, alterutram partem disputare, aut asserere, vel contrariam refellere cum rationum & argumentorum deductione præsumeret, aut etiam desuper scripta, aut libros edere, cuiusvis pietatis, aut necessitatis prætextu; adijciens penas in controuenientes suspensionis à Diuinis ipso facto, & absque noua declaratione incurrendæ (si modo in Sacris fuerit constitutus) & priuationis ipso iure omnis gradus & dignitatis, quibus fungi reperientur; & insuper censuram perpetuæ inhabilitatis ad similia munera postmodum iterum obtinenda & obeunda: à quibus absolui non possint nisi a solo Romano Pont. & volens nihilominus, vt etiam alijs grauioribus pœnis, si opus fuerit, à proprio Prælato pro delicti mensura infligendis subijciantur. Illud tamen in eadem sua Bulla prædictus Pius Papa V. adhuc permisit, vt quandiu per Sedem Apost. alterutra pars definita non foret, possint vni docti in publicis Academicarum disputationibus, & in generalibus, & in particularibus Capitulis de ista quaestione differere, & argumentis vtramlibet partem vel sustinere, vel impugnare, dummodo tamen neutra veluti erroneæ præiudicetur.

11. At sanctæ mem. Paulus V. volens submouere dissensiones, iurgia, & scandala, quæ cum magna Dei offensa in populo Christiano oriuntur, ex occasione asseritionis affirmatiuæ, quod B. Virgo fuerit cum peccato originali concepta, Feria quinta die 30. Augusti anno à Natiuitate

Domini nostri Iesu Christi, 1617. in generali Congregatione S. Romanæ Ecclesiæ, & vniuersalis Inquisitionis contra hereticam prauitatem habita post longam & maturam discussionem concionibus, lectionibus, conclusionibus, & alijs actibus publicis id asserere, donec res à Sede Apost. definitur, cuius decreti verba transcripsit Campan. *d. cap. 13. num. 140. & Hieron. Roderic. d. resal. 30. num. 2. & reperitur impressum tom. 4. Bullarij constit. 7. Pauli V. & de eo mentionem facit Stephan. VVeyms *dict. loco num. 15.**

Postmodum Gregorius XV. in eadem generali Congregatione S. Romanæ Inquisitionis, die 24. Maij 1622. ex causis eisdem euitandi scandala, dissensiones, atque discordias in Populo Christiano, & vt accepit, in aliquibus Regionibus iam orta sunt sermonibus priuatis, occasione asseritionis affirmatiuæ extendit, & ampliavit etiam ad priuata colloquia, & scripta, mandans, & præcipiens omnibus, & singulis cuiusvis Ordinis, & instituti Regularibus, & alijs quibuscumque tam Ecclesiasticis, quam secularibus, ne de cætero donec articulus huiusmodi à Sede Apost. definitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apost. fuerit aliter ordinatum, neque etiam in sermonibus, & scriptis priuatis audeant asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, seu tractare, exceptis tamen quibus à Sede Apost. fuerit super hoc specialiter indultum, & in Sacrosancto Missæ Sacrificio ac Diuinis Officijs celebrandis eadem Sanctitas sua non alio, quam Conceptionis nomine omnes tam seculares, quam cuiusvis Ordinis Regulares vti debere voluit, & contra transgressores statim Ordinarios locorum, & hereticæ prauitatis vbique locorum deputatos Inquisitores procedere posse, & in eos seuerè animaduertere; reperitur hoc decretum impressum tom. 4. Bullarij constit. 29. Gregorij XV. & refert Iul. Laur. *de Indulgent. part. 2. c. 21. num. 129. & de eo meminit Stephan. VVeyms d. loco num. 17.*

Demum idem Gregorius XV. in constit. sua incip. *Eximij*, sub dat. 28. Iulij 1622. omnibus, & singulis Ordinis Prædicatorum Fratibus licentiam concessit, vt de cætero in quibuscumque priuatis eorum colloquijs, seu conferentijs inter se duntaxat, & non inter alios, aut cum alijs de materia Conceptionis B. Mariæ Virginis differere, & tractare absque vilo penam in dictis Decretis Pauli V. & eiusdem Gregorij contentarum incurfu, liberè & licitè possint, & valeant: quod Decretum reperitur impressum post dictam Constit. 29. Gregorij VX. & in compendio Bullarij Flauij Cherubini in fine, & de eo meminit Iul. Laur. *de Indulgent. p. 2. cap. 21. num. 33.*

Vnde effectum est, vt ad imitationem Parisiensis, & 14. Colonienfis Academicarum, nonnullæ alia pro decreto statuerint, ne cuius gradus Magisterij, aut Doctoratus concederetur, nisi prius iureiurando se adstrinxerit defendendi opinionem piam immaculatæ Virginis in suo Conceptu, ita in Vniuersitate Complutensi, Valentia, & Osona factum fuisse refert Miranda *in lib. de Conceptione Virginis, cap. 93. fol. 677. cum seqq.* vbi refert formulam iuramenti: & eodem iuramento solemniter se adstrinxit ipsa ciuitas, seu Senatus Salmaticensis, quam imitati sunt alij plures Ecclesiarum Cathedralium, & Ciuitatum Capitularum, & Magistratus, vt Casaraugustæ in Aragonia, & Eboræ in Portugalia, teste Portel. *in addit. ad dubia Regularia, verb. Conceptio Deipara, num. 4. vbi à num. 1. multis rationibus, iuribus, & Doctorum, ac miraculorum testimonijs probat contra quendam Doctorem Casaraugustanum prælatum iuramentum, seu votum publicè celebratum ab Academicis & communitatibus esse licitum, sanctum, laudabile, ac pium.*

## DE REFORMATIONE.

De interpretatione sanctæ Scripturæ in Ecclesijs necessaria, atque alijs ad id pertinentibus.

## CAPVT PRIMVM.

- 1 Prebenda Theologalis quomodo erigenda.
- 2 Consuetudo quoddam detur à Capitulo stipendium perpetuum Theologo, qui doceat, seruanda est, ubi non est constituta Prebenda Theologalis.
- 3 Lector sacræ Scripturæ etiam scholasticæ vacare potest à lectione mensibus Iulij, Augusti, et Septembris.
- 4 Electio Lectoris solis Episcopo competit.
- 5 Prebendam Theologalem obtinens si legere vllomodo nolit, quomodo cogendus, & num. 6.
- 7 Episcopus potest cogere Canonicos, & Confessario sub pœna pecuniaria ad Congregationem casuum conscientie.
- 8 Canonicatum, & Prebendam Magistralem cum Parochiali obtinens, si in ea, vt tenetur, residat, fructus Canonicatus, & Prebendæ percipere potest.
- 8 Lector sacræ Scripturæ non potest obtinere aliud beneficium incompatible.
- 10 Theologus habens Prebendam, si legitime obtineret Parochialem, tenetur in ea residere amissis distributionibus.
- 11 Canonicus Theologalis non potest compelli ad ponendum substitutum.
- 12 Prebenda Theologalis dum vacat, quis munus legendi supplere debeat.
- 13 Quid si clericus secularis non reperiat idoneus pro lectione prebendæ?
- 14 Canonici & ceteri Presbyteri Ecclesiæ Cathedralis tenentur accedere ad lectionem sacræ Scripturæ.
- 15 Prebendæ Theologalis deputatio non habet locum in Cathedralibus Regularibus.
- 16 Proceedit in collegiatis, quarum prebendæ sunt de iurepatr. laicorum.
- 17 Insigne oppidum quod dicatur.
- 18 Idem de Canonicata si nulla sit prebenda.
- 19 Comprehendit Prebendam, cuius fructus omnes consistunt in distributionibus.
- 20 Theologo Canonico in vim unionis de Prebenda vacatura non competit ius aduersus vacaturam per resign.
- 21 Prebendæ vacantes in mensibus reseruatis non comprehenduntur sub hoc decreto.
- 22 Prebendæ Theologalis erectio quatenus locum habeat in ea que optatur.
- 23 Electio persone ad Prebendam Theologalem vacantem in mense Ordinario, pertinet ad solum Episcopum, collatio verò ad illos, ad quos antea spectabat.
- 24 Prebendæ Theologalis collatio erectæ post Conc. spectat ad illum, ad quem ante Conc. spectabat.
- 25 Electio persona cui conferendus est Canonicatus habens annexum onus lectionis sacræ Theologicæ, eiusdemque collatio.
- 26 Prebenda erecta, & deputata pro Theologo, à sequenti Canonico optari non potest.
- 27 Theologus Canonicus non est admittendus ad ius optandi.
- 28 Prebendam Theologalem obtinens non potest illam dimittere, & aliam optare.
- 29 Canonicus Theologus, qui resignauit in manibus Ordinarij Prebendam Theologalem, potest obtinere mediante optione pinguiorem cum sui retentione stalli in choro.
- 30 Canonicus Theologus an possit ex consuetudine obtinere dignitatem in eadem Ecclesia.
- 31 Optio in Prebenda primo vacatura post Conc. locum non habebit, si ante optionem precesserit erectio in Theologalem.
- 32 Theologus postquam vacauerit Prebenda suo officio vnta, & eam adeptus fuerit, debet sedere in loco sui Canonicatus.
- Prebendam Theologalem obtinens debet relinquere primum locum antiquioribus Canonicis, ibid.
- 33 Lectori Theologo ex gratia debentur distributiones quotidiana pro tota die qua legerit.
- 34 Prebendam Theologalem obtinens distributiones quotidianas percipit, quamuis choro non interfuit.
- 35 Theologus Canonicus non censetur in die qua legit, presens matutinis, quæ ex antiqua Ecclesiæ consuetudine dicuntur sero præcedenti pro die sequenti.
- 36 Theologo illa die qua legerit, tribuendæ sunt distributiones quotidiana omnium horarum, licet choro non interfuerit.
- 37 & etiam emolumenta quecumque personaliter interessentibus dari solita.
- 38 Beneficium aliud assignari non potest pro Theologo ubi sunt prebendæ, & Canonicatus.
- 39 Theologiam scholasticam si doceat Theologus satisficit.
- 40 Ordinarij arbitrio remittitur tempus, hora, & materia S. Scripturæ super qua legendum sit.
- 41 Curatus ruralis non potest abesse vt Grammaticam doceat in vrbe.
- 42 Episcopus vti Sedis Apostolicæ delegatus potest Regulares sua diocesis compellere vt lectionem S. Scripturæ in suis monasterijs habeant.
- 43 Ordinarij licentia, seu examen etiam quoad vitam & mores, non requiritur ad lectionem S. Scripturæ in conuentibus Regularium habendam.
- 44 Magister ludi litterarij examinari potest ab Episcopo in ijs dumtaxat, quæ spectant ad fidem, doctrinam Christianam, & bonos mores.
- 45 Docentes S. Scripturam in scholis publicis, & discipuli, qui in illis student, plene gaudent priuilegijs omnibus de perceptione fructuum in absentia.
- 46 Idem de docentibus, vel studentibus ius Canonicum.

- 47 *Canonicus ut fructus in absentia percipiat, debet legere in studia generali de licentia Vniuersitatis.*
- 48 *Studium generale dicitur quod est erectum, & institutum per Papam, Regem, seu Principem.*
- 49 *Studium quod non sit Vniuersitas non facit quoddam in eo Canonici Studentes percipiant fructus in absentia.*
- 50 *Scholares in Ecclesiis cathedralibus non gaudent eisdem privilegijs, sicut studentes in studijs publicis.*
- 51 *Canonicus fructus sui canonicatus percipit in absentia, legendo in Vniuersitate cum licentia claustrari.*
- 52 *Otiosi, qui non student, & scholas non frequentant, non gaudent privilegijs scholasticorum, nec absentes causa studij fructus suorum beneficiorum percipiunt.*
- 53 *Absens causa studij non percipit quotidianas distributiones.*
- 54 *Ius Canonici docentes in publica Vniuersitate eiusdem ciuitatis, gaudent ibi privilegijs de percipiendis in absentia prebendarum suarum fructibus.*
- 55 *Canonicus in publica Vniuersitate docenti ius Canonium non debentur distributiones quotidianae, si choro non intersit, quamuis omnes redditus in illis solis consistant.*
- 56 *Canonicus absens studiorum causa percipit distributiones, dempta tertia parte, si in illis omnes Capituli redditus consistant.*
- 57 *Distributiones quotidianas, & tertiam partem in distributione conuersam non possunt capere habentes quascunque facultates percipiendi fructus beneficiorum suorum in absentia studiorum causa.*
- 58 *Distributiones dempta tertia parte lucratur Canonicus absens causa studij quando prebenda est tenuis, & ferè omnes fructus consistunt in distributionibus.*
- 59 *Licentia Episcopi non requiritur in docentibus publice in scholis S. Scripturam, aut ius Canonium, sed bene in Studentibus.*
- 60 *Licentia studiorum causa non suffragatur ultra quinquennium.*
- 61 *Parochiales Ecclesias obtinentibus post Concil. Trid. Studendi licentia, ac in absentia studiorum causa fructus percipiendi non datur.*
- 62 *Parochis non licet causa studiorum à suis parochialibus Ecclesijs post Concil. abesse.*
- 63 *Parochus ciuitatis poterit ibi in publica Vniuersitate S. Scripturam legere.*
- 64 *Parochis ubi conceditur per Sedem Apostolicam studendi facultas, quae exigere soleant, ostenditur.*

Vide Conc.  
Lar. sub in-  
noc. 3. c. 13.

**E** ADEM sacrosancta Synodus, pijs summorum Pontificum, & probatorum<sup>a</sup> Conciliorum constitutionibus inherens, easque amplectens, & illis adhiere, ne celestis ille sacrarum librorum thesaurus, quem spiritus sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat, statuit & decreuit quòd *a in illis Ecclesijs, in quibus prebenda, aut praestimonium, seu aliud quouis nomine nuncupatum stipendium & pro lectoribus sacrae Theologiae deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primate & alij locorum Ordinarij, eos, qui prebendam, aut praestimonium, seu stipendium huiusmodi obtinent, ipsius sacrae Scripturae expositionem, & interpretationem per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & alijs locorum Ordinarijs eligendum, etiam per subtractionem fructuum cogant, & compellant. De cetero vero prebenda, praestimonium, aut stipendium huiusmodi non nisi personis idoneis; & quae per se ipsos id munus explicare possint, conferantur: & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida.* *b In Ecclesijs autem Metropolitanis, vel Cathedralibus, si ciuitas insignis, vel populosa, & etiam Collegiatis existentibus, & in aliquo insigni oppido, etiam nullius diocesis, si ibi Clerus numerosus fuerit, & ubi nulla prebenda, aut praestimonium, seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, & prebenda quomodocumque, & praeterquam ex causa resignationis, & primo vacatura, cui aliud onus incompatible iniunctum non sit, ad eum usum ipso facto perpetuo constituta, & deputata intelligatur. Et quatenus in ipsis Ecclesijs nulla, vel non sufficiens prebenda foret, Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuum & alicuius simplicis beneficij, eiusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiariorum suae ciuitatis, & diocesis, vel alias, prout commodius fieri poterit, de Capituli consilio ita prouideat, ut ipsa sacrae Scripturae lectio habeatur, ita tamen, ut quaecumque aliae lectiones, vel consuetudine, vel quavis alia ratione instituta, propter id minime praetermittantur; Ecclesiae vero, quarum annui prouentus tennes fuerint, & ubi tam exigua est Cleri, & populi multitudo, ut Theologiae lectio in eis commodè haberi non possit, & saltem<sup>d</sup> Magistrum habeant, ab Episcopo cum consilio Capituli eligendum, qui Clericos, aliosque scholares pauperes Grammaticam gratis doceat, ut deinceps ad ipsa sacrae Scripturae studia, annuente Deo, transire possint. Ideoque illi Magistro Grammatices, vel alicuius simplicis beneficij fructus, quos tam diu percipiat quam diu in docendo perseverit, assignentur, dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio: vel ex capitulari, vel Episcopali mensa condigna aliqua merces persoluantur: vel alias Episcopus ipse aliquam rationem inear suae Ecclesiae, & diocesis accommodam, ne pia haec, utilis, atque fructuosa prouisio quouis quaesito colore negligatur.* *e In monasterijs quoque monachorum, ubi commodè fieri queat, etiam lectio sacrae Scripturae habeatur: qua in re si Abbates negligentes fuerint, & Episcopi locorum, in hoc, ut Sedis Apostolicae delegati, eos ad id opportunis remedijs compellant. In conuentibus vero aliorum Regularium in quibus studia commodè vigere possunt, sacrae Scripturae lectio similiter habeatur, quae lectio à Capitulis generalibus, vel provincialibus assignetur dignioribus Magistris. In gymnasijs etiam publicis, ubi tam honorifica, & ceterorum omnium maximè necessaria lectio haecenus instituta non fuerit, religiosissimorum Principum, ac Rerumpublicarum pietate, & charitate ad Catholicae fidei defensionem, & incrementum, sanaeque doctrinae conseruationem, & propagationem instituantur: & ubi instituta foret, & negligenter, restituantur. Et, ne sub specie*

l. Cap. quia.  
& cap. sine  
mag. & infra  
fess. 2. de re-  
format. c. 18.

e. Infra fess.  
24 cap. 13. de  
reformat.

d. Conc. Cō-  
stantinop. 6.  
c. 5. cum al-  
leg. à me in  
tract. de prin-  
cip. priu. 88.  
c. 1. & c. quia,  
de mag.  
Conc. Later.  
sub Alex. 3.  
c. 18. & sub  
Innoc. 3. c. 1.  
& infra fess.  
23. cap. 18. de  
reformat. c. 1.  
ne in agro,  
de statu mo-  
nach. ca. de  
mag.

specie pietatis impietas disseminetur: statuit eadem sancta Synodus neminem ad huiusmodi lectionis officium tam publicè, quam priuatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus non fuerit: quod tamen de lectoribus in claustris Monachorum non intelligatur. *Docentes verò ipsam sacram Scripturam, & dum publicè in scholis docuerint, & scholares, qui in ipsis scholis a student, & privilegij omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum, in absentia à iure communi concessis, planè gaudeant, & fruuntur.*

Cap. fin. de mag. alleg. in meo tract. de priuil. schol. priu. 98.

1. **V**ide Nauarr. in man. cap. 27. nu. 107. Rebuff. in concord. tit. de collat. §. 1. verb. Theologalem. pag. 543. Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. disp. 5. q. 11. num. 57. Sebast. Medic. in summa peccatorum. part. 2. cap. 2. tit. 3. q. 74. num. 209. Paul. Fulc. de visitat. lib. 1. cap. 17. num. 11. & 12. Zerol. in præxi Episcop. part. 1. verb. Præbenda Theologalis. Valer. Reginald. in præxi fori poenit. lib. 20. num. 53. Galet. in Margarita casuum conscient. verb. legat. Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 4. a. num. 130. Monet. de distribut. quor. part. 2. quest. 10. & de commutat. ultim. volum. cap. 10. num. 191. cum multis segg. Homobon. de Bonis de humana vita statibus. cap. 11. in princ. & cap. 12. Aloyf. Kicc. in præxi aurea resol. 175. & in decis. Curia Archiep. Neapol. p. 4. decis. 101. Metipsum de officio & potest. Episcopi. p. 3. alleg. 56. & de Canonici. & Dignitatibus. c. 27.
2. **In illis Ecclesijs, &c.]** Vbi non est constituta præbenda Theologalis, & viget consuetudo quod detur à Capitulo stipendium perpetuum Theologo, qui docendi officio fungatur, ea seruanda est. quòd si illud etiam poterit Theologum reddere diligentem in sui muneris functione, & triennium eius conductionis Ordinarius vna cum Capitulo præfixite debet, ita decisum refert Zerol. in præxi Episcop. p. 1. verb. Præbenda Theologalis, vers. ad secundum.
3. **Pro lectoribus S. Theologiae.]** Etiam scholastica, vt per Galet. d. verb. legent. quem refero ego ipse de officio & potest. Episc. p. 3. alleg. 56. num. 6. vbi num. 7. ex eodem resoluo huiusmodi lectorem mensibus Iulij Augusti, & Septembris à lectione vacare posse, de quo etiam Garc. d. p. 5. cap. 4. num. 157.
4. **Et alij locorum Ordinarij eligendum, &c.]** Electio Lectoris soli Episcopo competit, nec successori præiudicium fit, si alter per prædecessores fuit obseruatum, & id intelligendum est de his Canoniatibus Theologalibus, qui erecti non sunt ante Concilium; si verò erecti essent ante Conc. seruandum est quod ante Concil. fiebat, refert ita decisum Nicol. Garc. d. part. 5. cap. 4. num. 16.
5. **Cogant, & compellant, &c.]** Præbendam Theologalem obtinens, si legere vilo modo nolit, poterit Episcopus illum cogere comminationibus poenarum, sequestrationibus fructuum, assignatione portionis de eisdem fructibus alteri, qui ipsius loco legat, demum crescente contumacia, ad alias poenas etiam priuationis devenire poterit, tacta que priuatione ad corrobandum Concilij decretum, Episcopus declarare debet talem præbendam & Canonicatum affectum fuisse, & esse ex Concil. pro S. Scripturae LECTORE, tunc deligat personam idoneam, qua id munus per seipsum exequi valeat, & illi per Ordinarium collatorem huiusmodi præbenda conferatur, ita Aldan. vbi supra num. 5. vbi refert, sic decisum in vna Maioricens. Et Rota decis. 147. num. 1. apud Farinac. p. 1. in postum. attestatur sacram Congregat. Concilij tenuisse Canonicum Theologalem posse compelli, vt per se, & non per substitutum muneri suo satisfiat, nisi adesset legitima absentia causa, & num. 2. resoluuit Capitulum non posse concedere licentiam, vt Canonicus habens præbendam Theologalem possit abesse, sed id spectare ad Episcopum.
6. **Et si Ordinarius inferiorum fuerit negligens, puta Prior, Abbas, Praepositus, & ceteri similes alicuius Ecclesiae Collegatae, poterit Episcopus in cuius diocesi sunt, supplere, id est cogere, refert decisum Aldan. d. loco.**
7. **Vnde posse Episcopum cogere Canonicos & Confessarios sub poena pecuniaria ad Congregationem casuum conscientiae, refert decisum Sel. d. loco num. 25. sub die 11. Iulij 1620. Ego ipse d. e. 27. num. 29.**
8. **De cetero verò præbenda, &c.]** Obtinens Canonicatum, Barbos. Collect. in Concil. Triad.

& Magistralem præbendam cum Parochiali, si in ea, vt tenetur, residet, fructus Canonicatus, & præbendæ percipere potest, ita tamen vt quotidianas distributiones amittat, atque alia præterea, quæ absentes iusta causa percipere non possunt. In præbenda autem Magistrali idoneum virum sibi substituat, qui ex veteri instituto annexum suæ præbendæ munus obeat sacre Scripturæ interpretandæ, ita refert decisum Aldan. d. loco, num. 6.

**Per seipsum, &c.]** Et ideo Lectorem S. Scripturæ non posse obtinere aliud beneficium incompatible, refert decisum Aldan. in compend. Canon. resolut. lib. 1. tit. 3. num. 2.

**Si Theologus huiusmodi habens præbendam legitime obtineret Parochialem, tenetur in ea residere amissis distributionibus quotidianis, & alijs emolumentis, quæ tamen de seruientibus dari solent: in officio autem arbitrio Ordinarij alium deputare debet, assignato ei competenti salario, Aldan. d. loco.**

**Canonicus Theologalis non potest compelli ad ponendum substitutum, quando ex capite infirmitatis sanabilis impeditur, quo minus per seipsum legere valeat, eo verò casu, quo quis esset substituendus, electio substituti ad Episcopum spectat, ita refert decisum Nicol. Garc. d. p. 5. cap. 4. num. 159. Et ideo cum quidam Canonicus Theologus instaret sibi licere legere per substitutum stante impedimento infirmitatis, fuit illi concessa licentia ad sex menses, refert Aldan. vbi supra num. 4. vbi testatur ita decisum sub die 13. Nouembris 1627.**

**Præbenda Theologalis dum vacat, potest Episcopus fructus applicare alicui personæ, quæ suppleat munus legendi, ex Sel. in selectis Canon. cap. 2. num. 15. vbi refert ita decisum in Camerinen. 8. Februarij 1594. & debet dari in commendam vni Canonico idoneo eiusdem Capituli, si adfit, donec Titularis provideatur, secundum Gonzal. ad reg. 3. Cancell. gloss. §. 8. num. 26. quem refero d. alleg. 56. num. 14.**

**Quando Clericus secularis idoneus non reperitur pro dicta præbenda, statuerunt Pius V. & Gregorius XIII. collationem huius Canonicatus suspendendam esse donec inueniatur idoneus Theologus secularis, si fieri possit: interim vero nullum esse ab Episcopo fructum ipsius Canonicatus custodem, aut curatorem deputandum; sed eos omnes Superiori alicuius Monasterij tradendos, qui curet, vt aliquis idoneus Theologus ex suis Regularibus publice sacram Scripturam in Cathedrali doceat, prout hic mandatur, eique in primis necessaria submittret ex dictis fructibus; quod si quid reliquum erit, in Monasterij vsu conuertatur, ita Aldan. vbi supra num. 2. Zerol. d. verb. Præbenda Theologalis, §. 5. Ego d. alleg. 56. num. 15.**

**Canonici, & ceteri Presbyteri Ecclesie Cathedralis tenentur accedere ad lectionem S. Scripturæ Theologi illam legentis, ex Sel. in selectis Canon. cap. 2. num. 3. vbi refert decisum sub die 11. Augusti 1618.**

**Conferantur.]** A quo autem hæc collatio fieri debeat, Concilium non expressit, quare pertinebit ad eum, ad quem antea de iure spectabat, vt ex infra dicendis num. 24. apparebit.

**In Ecclesijs autem Metropolitanis, vel Cathedralibus, &c.]** Præbendæ Theologalis deputatio non habet locum in Ecclesijs Cathedralibus Regularibus, vbi præbendæ non sunt distinctæ, nec Ecclesie numeratæ, prout est Cathedralis Pampilonen. sed cogendi sunt Monachi vt provideant de Lectore idoneo Theologiae, qui publice legat non solum ipsis Monachis, sed omnibus alijs audire volentibus, ex Aldan. vbi supra num. 3. vbi testatur ita decisum in Pampilonen. 9. Septembris 1573. refero d. e. 27. num. 2.

9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.

16. *Ac etiam Collegiatis.* ] Habet locum etiam in illis, quarum præbendæ sunt de iure patronatus laicorum, vt refert decifum Monet. *de commut. ultim. volum. cap. 11. num. 262.* & Nicol. Garc. *d. p. 5. cap. 4. num. 162.* vbi addit, quod in eis deputari debet præbenda primò vacatura; concurrentibus omnibus requisitis, & quod persona non nominetur ante vacationem, & quod illius electio spectabit ad Episcopum; collatio verò ad quem legitime spectabat ante deputationem.
17. *In aliquo insigni oppido.* ] Quod dicatur oppidum insignis, iudicis arbitrio relinquendum esse resoluunt gloss. *verb. copia. in cap. statutum, de rescript. in 6. Lap. Specul. Tiraqueil. & alij apud Menoch. de arbit. casu 158. num. 4. Massob. de Synodo Diocesana cap. 2. dub. 14.* Ego ipse *de Canonis & Dignitat. cap. 2. à num. 18.* Principalis verò qualitas, quæ locum insignem reddit, est numerus habitatorum, Bonifac. de Vitalin. *in Clem. gratis, num. 56. de sent. excomm. Nauarr. consil. 1. de verbor. signific. vbi respondit oppidum Fonteca Toletana Diocesis esse insignis, quia habebat octingentos municipes.*
18. *Vbi nulla præbenda, &c.* ] Vbi nulla sunt præbendæ, eò quod Canonici tantum distributiones quotidianas habeant, idem statuendum est quod de præbendis, cum illarum loco succedant, refert decifum Aldan. *vbi supra num. 7.*
19. *Præbenda quomodocumque.* ] Comprehendi quoque præbendam, cuius fructus omnes consistunt in distributionibus quotidianis, sicut reliquas, testantur resolutum Nicol. Garc. *d. p. 5. cap. 4. num. 128.* Ego ipse *d. cap. 27. n. 7.* Aldan. *citato loco.* Si verò vacauerit portio non includitur hoc decreto, quia non venit appellatione præbendæ, vt refert decifum Garc. *d. num. 128.*
20. *Præterquam ex causa resignationis.* ] Theologo Canonico in vim vnionis factæ ab Episcopo de præbenda vacatura, non competit ius aduersus Canoniciatum vacaturum per resignationem, ex Sel. *d. cap. 2. num. 4.* vbi refert decifum *in Monopolitana sub die 29. Augusti 1626.* refero *d. cap. 27. num. 10.*
21. *Primo vacatura.* ] Non tamen in mense Apostolico, quia non comprehenduntur sub hoc decreto præbendæ vacantes in mensibus referuatis, vt refert decifum Nicol. Garc. *d. p. 5. cap. 4. num. 128.* Requirit actuale deputationem, vt præbenda primò vacatura Theologalis sit, in Theologalem erecta, refert decifum Nicol. Garc. *d. p. 5. cap. 4. num. 155.* quem refero *d. alleg. 56. nu. 3.* & ideo si in prouisione præbendæ non fuit facta actualis deputatio, non potest prouisus compelli obire munus lecturæ, ex eod. Garc. *loco proxime citato.*
22. Præbendæ Theologalis erectio non habet locum in ea, quæ vigore statuti à sequenti Canonico optatur, sed illa præbenda, quæ dimiserit Canonici, qui nouissime optat, huic muneris vnita, & affecta remanet, ita testatur decifum Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 5. cap. 4. num. 130.* *in vna Lunen. Sarzanen. Iulij 1592.*
23. Electionem personæ ad huiusmodi præbendam Theologalem vacantem in mense Ordinario pertinere ad solum Episcopum, collationem verò ad illos, ad quos antea spectabat, refert decifum Nicol. Garc. *d. cap. 4. num. 162.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. num. 83.* Ego ipse *d. alleg. 56. num. 4.* Si verò vacauerit in mense Apostolico, vel alias esset referuata, seu affecta, electionem personæ, & collationem spectare ad Papam, resoluunt idem Garc. *d. cap. 4. num. 164.* & Gonzal. *d. loco.* Contra Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Beneficium, §. 3. & verb. Præbenda Theologalis, §. 4.* existimantes electionem ad Ordinarium semper spectare.
24. Præbendæ Theologalis collatio erectæ post Concil. spectat ad eum, ad quem ante Concil. spectabat, etiã in casu, quo ante Concil. electio spectabat ad Capitulum, & institutio ad Episcopum, ex Sel. *dist. cap. 2. numer. 13.* vbi refert ita decifum *in vna Toletana sub die 24. Septembris 1592.*
25. Electio personæ, cui conferendus est Canoniciatus habens annexum onus lectionis S. Theologæ ex prescripto Concil. pertinet ad Episcopum, collatio verò eidem personæ faciendâ ab eis, ad quos ante Concil. pertinebat, quamuis regulariter in ea Ecclesia electio sola Canoniorum pertineat ad Capitulum, & confirmatio, siue institutio ad Episcopum, ex Sel. *loco citato,* vbi refert ita fuisse decifum *in Aretina 31. Iulij 1627.*
26. Præbenda sic erecta, & deputata pro Theologo à sequenti Canonico optari non potest, prout refert decifum Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 3. 4. n. 80.* Monet. *de optione Canon. cap. 3. §. 6. num. 129.* Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 5. cap. 4. num. 132.* Ego ipse *d. alleg. 56. num. 10.*
27. Præbenda Theologalis sicut non potest ab aliquo Canonico optari, cum detur per electionem præuio examine, ita Theologus non est admittendus ad ius optandi, refert decifum Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 5. cap. 14. n. 134.* & dicitur sic decifum *sub die 12. Februarij 1601.*
28. Præbendam Theologalem obtinens non potest illam dimittere, & aliam optare, ad instar aliorum Canoniorum, ita Sel. *d. loco,* vbi refert sic fuisse resolutum *sub die 7. Iulij 1601.* prout assero *d. e. 27. num. 21.*
29. Canonici Theologus, qui resignauit in manibus Ordinarij præbendam Theologalem, potest obtinere mediante optione pinguiorem præbendam cum retentione sui stalli in choro, ex Aldan. *diã. loco,* vbi testatur sic fuisse resolutum *super sacris Ritibus in vna Veronen. 2. Septembris 1597.* cuius memini Ego ipse *diã. cap. 27. num. 22.*
30. Canonici Theologus stante consuetudine in Ecclesia Cathedrali, vt per quemlibet Canonicum habentem præbendam Canoniciatui annexam obtineatur vna ex dignitatibus in eadem Ecclesia, quæ nullum habet onus, seu emolumentum, sed solum sedet supra Canonicos, & illos in processibus, præcedit, potest etiam dignitatem obtinere, ex Sel. *d. loco,* vbi refert resolutum *sub die 18. Nouembris 1628,* cuius decisionis memini *d. cap. 27. num. 23.*
31. Optio in præbenda primò vacatura post Concil. locum non habebit, si ante optionem præcesserit erectio in Theologalem; si verò non præcesserit optio, non potest amplius erigi in Theologalem, ita refert decifum Nicol. Garc. *d. cap. 4. num. 130.*
32. Theologus postquam vacauerit præbenda, quæ suo officio fuit vnita, & eam adeptus fuerit, debet sedere in loco sui Canoniciatus, vt attestatur resolutum idem Garc. *in addit. ad d. part. 5. cap. 4. num. 11.* Nam præbenda Theologalis non est dignitas, & ideo primum locum eam obtinens relinquere debet antiquioribus Canonici, ex Sel. *d. loco,* vbi dicit ita fuisse decifum *in vna Mediolanen. cuius resolutionis memini d. cap. 27. num. 25.*
33. Lectori non debentur distributiones quotidianæ pro illis horis, quibus legit, ex dispositione Iuris communis, per gloss. *vt in cap. quia nonnulli, de Magist. tamen facta mem. Gregorius X III.* ex gratia illas deberi ei voluit, non modo pro illis horis, vt si manè legat pro horis matutinis, & Missa solemnè, sed etiam pro tota die. Ita refert decifum Piafec. *in praxi Episc. p. 2. cap. 3. num. 9. vers. similiter.* Gonz. *ad reg. Cancell. §. 7. proom. n. 180.* Nicol. Garc. *de benef. p. 2. c. 2. nu. 118.* Armendar. *in addit. ad recop. legum. Nauarr. lib. 2. tit. 23. leg. 2. §. 2. de residentia, num. 68.* Monet. *de distrib. quoad p. 2. q. 20. n. 17.* Aloyf. Ricc. *in praxi rerum sacri Eccles. decis. 495. & 498. in 1. edit. alias resol. 386. num. 6. & resol. 389. num. 6. in 2. edit. Bonacin. de horis Canonie. dist. 2. q. 5. puncto 3. §. 6. Castro Palao in opere morali tract. 7. dist. 3. §. 6. num. 1.* Ioan. à Solorzano *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 33. cum seqq. Trullench in exposit. Decalogi lib. 1. cap. 8. dub. 12. §. 6. n. 1.* Ego ipse *d. alleg. num. 8. & de Canonie, cap. 1.*
34. Distributiones quotidianas quamuis lucrifacere minime debeat obtinens præbendam Theologalem, si diuinis non intersit, etiam eo die, quo lectionem habet, vt tamen diligentius huic muneri præstantissimo Theologalem obtinens vacare queat, illi conceditur, vt deinceps omnibus illis diebus, quibus huiusmodi munere functus fuerit, distributiones quotidianas percipiat, quãuis choro non intersit, Sel. *citato loco,* vbi dicit sic fuisse resolutum *in causa Oriolen. 5. Augusti 1616.*
35. Theologus, qui diuinis pro presente habetur diebus, quibus legit, non censetur præsens matutinis, quæ ex antiqua



antiqua Ecclesie consuetudine dicuntur sero procedenti, pro die sequenti, vt referunt decimum Nicol. Garc. d. p. 3. cap. 2. num. 1. 18. Armend. d. loco num. 70.

36. Theologo illa die, qua legerit, tribuenda sunt distributiones quotidianae omnium horarum, licet choro non interfuerit, ex Sel. d. loco, qui refert ita resolutum in Fanen. 3. Augusti 1624.

37. Obtenens Theologalem impeditus studio, & lectione ad huiusmodi prabendam spectante, lucrari potest non solum distributiones, sed etiam emolumenta quaecunque personaliter interessibus dari solita, etiam si choro non interfuerit, ex Sel. d. loco, num. 19. vbi refert decimum in Oriolen. 12. Augusti 1628.

38. *Alitius simplicis beneficii, &c.* Ergo vbi sunt prabendae, & Canonicatus, non potest assignari aliud beneficium pro isto Theologo, vt refert decimum Aldan. d. loco num. 10.

39. *De Sacra Scriptura lectio.* Satisfieri Concilio etiam scholasticam Theologiam docendo, refert decimum Garc. d. p. 5. cap. 4. num. 156. & Aldan. vbi supra num. 15. & citati supra num. 3.

40. Tempus, horam, & materiam sacrae Scripturae, super qua legendum sit remitti arbitrio Ordinarij, referunt decimum Aldan. vbi supra. Nicol. Garc. d. p. 5. cap. 4. num. 156. Ego ipse d. alleg. 56. num. 6. & de Canon. cap. 27. num. 26.

41. *Saltem Magistrum habeant, &c.* Fieri tamen non potest, quod deficit Magister Grammaticae in vrbis, vt Curatus ruralis ibi habitet, relicto idoneo vicario, & approbato ab Ordinario, etiam si Curatus solemnibus saltem festis officium in parochia exercere vellet, ita referunt decimum Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. nu. 254. Sanctarell. var. resolut. q. 3. num. 32. & citati per me de officio & potestate Parochi, part. 3. cap. 8. num. 28.

42. *In monasterijs quoque Monachorum.* Etiam Carthusianorum strictioris claustrae, vt refert decimum Aldan. vbi supra num. 16.

43. *Episcopi locorum in hoc, &c.* Posse Episcopum, vti Sedis Apostolice delegatum, Regulares tunc diocesis compellere, vt lectionem S. Scripturae in monasterijs suis habeant, per hunc textum asserunt Fufee de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 73. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 2. num. 59. Piasce in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 41. vers. item. Campan. in diuersorio iuris Canon. vrb. 12. cap. 13. num. 5. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 11. num. 11. Tamburin de iure Abbatijs tom. 3. disp. 2. q. 5. num. 3. Ego ipse d. alleg. 56. num. 16. vbi refero Paulum V. fel. record. Constit. sua incip. Apostolica seruitutis, sub dat. Kalend. Augusti 1610. ordinasse, vt in omnibus Regularium domibus, seu monasterijs lectio linguarum Hebraicae, Graecae, Latinae, & Arabicae habeatur, & Regularibus diligenter addiscatur, refert me citato, Tamburin. d. tom. 3. disp. 2. q. 5. num. 3.

44. Non requiri licentiam, seu examen Ordinarij ad illam lectionem S. Scripturae in conuentibus Regularium habendam, refert decimum Galet. in margarita casuum consens. verb. legere, & verb. licentia.

45. *Examinatus, & approbatus.* Magister ludi litterarum examinari potest ab Episcopo in ijs dumtaxat, qui spectant ad fidem, doctrinam Christianam, & bonos mores, Aldan. vbi supra num. 17. vbi refert sic fuisse decimum.

46. *Docentes vero ipsam S. Scripturam, &c.* Priuilegijs omnibus de perceptione fructuum prabendarum, & beneficiorum suorum in absentia concessis a iure communi in cap. vlt. de magistr. plene gaudere, & frui docentes S. Scripturam in scholis publicis, & discipulos, qui in illis student, tradunt Rebuff. in praxi iur. de dispensat. de non resident. n. 25. & in tract. de priuileg. schol. priuileg. 29. & 31. Horat. Luc. eodem tract. priuileg. 99. & 100. Fr. Emman. in summ. tom. 1. e. 3. n. 2. & tom. 2. cap. 36. n. 2. & in addit. ad Bullam Cruciate, e. 7. ad 4. conclus. n. 27. Nicol. Garc. p. 3. e. 2. n. 54. Veg. in summ. part. 1. cap. 36. casu 41. Fufee de visit. lib. 2. cap. 9. n. 10. Petr. Lefnaud. in tract. de priuileg. Doctorum, p. 3. §. 22. Iacob. Beni. in Barbof. Collect. in Concil. Trid.

tract. de priuileg. iuriconsult. part. 1. priuileg. 15. num. 1. Carol. de Grassis de effectib. clerical. in prelad. a. n. 106. Vgolin. de officio Episcopi, cap. 19. in princ. num. 6. & cap. 43. §. 2. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. q. 3. & cap. 5. quest. 1. & 8. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. proom. n. 180. Aloyf. Ricc. in collect. decif. collect. 446. Monet. de distribut. quotid. part. 2. quest. 10. a. princip. Sanctarell. var. resolut. quest. 3. a. n. 9. D. Ioan. de Solorzano de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 14. n. 26. Trullench in exposit. Decalogi lib. 1. cap. 8. dub. 12. §. 9. a. princ. Ego ipse d. alleg. 56. num. 18. & de Canon. c. 27. num. 46.

47. Idem dicendum de docentibus, vel studentibus ius Canonicum, quia hodie ad Ecclesiam bene regendam non minus prodest ius Canonicum, quam Theologia, vt concludunt Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 65. Iacob. Beni. d. tract. de priuileg. iuriconsult. p. 1. priuileg. 15. num. 4. Carol. de Grassis in d. prelad. num. 95. cum seqq. Sanctarell. d. quest. 3. n. 18. Monet. d. cap. 10. num. 4. Ego ipse d. alleg. 56. num. 28. vbi cum eodem Monet. citato loco, num. 21. dico quid tenendum in docentibus, vel studentibus iuri civili, de quo etiam Sanctarell. d. quest. 3. num. 10. Castr. Palao d. §. 9. n. 3. Trullench d. §. 9. num. 4.

48. *Dum publice.* De licentia tamen vniuersitatis, seu claustrum, sine Collegij Doctorum ratione stipendij, seu cathedrae, prout decimum refert Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 59. & 60. quem cito d. alleg. 56. num. 27.

49. *In scholis.* Generalibus scilicet, seu celebri vniuersitate, sicut tradunt Lex. Zech. de republ. Eccles. tit. de cleric. numer. 7. vers. 28. Horat. Luc. ad finem tract. de priuileg. schol. nu. 27. Flores de Mena var. lib. 3. q. 24. n. 19. Ego ipse d. alleg. 56. num. 21.

50. Dicitur autem studium generale, quod est erectum, & institutum per Papam, Regem, seu Principem, vt per Cassan. in catalogo gloria mundi p. 10. consil. 32. Perez. l. 1. tit. 10. lib. 1. ord. Ortiz. in patrocinio pro Casaraugustano gymnasio, p. 1. a. num. 13. & part. 3. num. 2. quos refero d. alleg. 56. num. 22.

51. Vnde non sufficere studium quod non sit vniuersitas, quamuis in eo optime legatur, & publice cuiunque audire volenti, dixi d. alleg. 56. n. 22. contra Monet. d. q. 10. n. 17. Sanctarell. d. q. 3. n. 12.

52. Et ideo scholares in Ecclesijs cathedralibus non gaudere eidem priuilegijs, sicut studentes in studijs publicis, & Academijs, referunt decimum Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 117. Armend. in addit. ad recopil. legum Nauarrae, lib. 2. tit. 2. l. 2. §. 2. de resident. num. 124.

53. *Docentibus.* Fructus sui canonicatus in absentia percipit Canonicus legendo in vniuersitate Theologiam cum licentia claustrum, etiam si non haberet cathedram, nec salariu, vt refert decimum Nicol. Garc. d. p. 2. e. 5. n. 61. a. a. Student. Otiosos vero, qui non student, & scholasticas non frequentant, non gaudere priuilegijs scholasticorum, nec absentes causa studij in actus suorum beneficiorum percipere, resoluunt Tnaq. in tract. Cessante causa, part. 1. num. 213. Mascard. de probat. conclus. 1290. n. 9. cum seqq. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 9. art. 10. Prosp. de Augustino in addit. ad Quarant. in summ. Bullar. vrb. verb. residentia, vers. sumit. Sanctarell. d. quest. 3. num. 16. Ego ipse d. alleg. 56. n. 24.

54. *Priuilegijs omnibus de perceptione fructuum, &c.* Absentem causa studij non percipere quotidianas distributiones, probat text. in cap. licet. de prabend. & hoc idem, cum circa illud Concil. in praesenti nihil inuolauerit, decimum referunt Gutierrez. canon. lib. 2. cap. 15. num. 12. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. distributiones quotidianas, §. 2. Sandoual de officio Eccles. part. 6. cap. 27. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proom. num. 78. Quarant. in summ. Bullar. vrb. residentia, vers. quod autem Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 112. Monet. d. cap. 10. num. 23. Stephan. Gratian. discip. forens. cap. 166. num. 17. Vgolin. de offic. Episcopo, c. 19. §. 2. num. 6. Armend. d. loco, nu. 67. Aloyf. Ricc. in d. praxi fori Eccles. decif. 395 in 1. edit. alius resolut. 386. num. 3. in 2. edit. Ego ipse d. alleg. 56. num. 19.

55. Docentes ius Canonicum in publica vniuersitate, priuilegijs de percipiendis in absentia prabendarum suarum fructibus gaudent, & potiuntur, quamvis prabendam, quas obtinent, sive sint in cathedra eiusdem ciuitatis, B 2 ii

- in qua publici lectoris munere funguntur, ita sub die 14. Aprilis, 1595. decifum refert Nicol. Garc. in addit. ad d. part. 3. cap. 2. num. 85.
55. Canonico in publica Vniuersitate docenti ius Canonicum non debentur distributiones quotidianæ, si in choro non interfit, quamuis omnes redditus in solis distributionibus quotidianis consistant. ex Sel. d. loco, ubi testatur resolutum in vna Limen. 18. Decembris, 1627.
56. Canonicus absens studiorum causa percipit quidem fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas, quod si in huiusmodi distributionibus omnes Capituli redditus consistant, percipit etiam distributiones, dempta tertia parte; quæ inferuentibus accrescit: nullo autem casu debet ipse Canonicus percipere distributiones Missis, aut defunctorum annuierariis applicatas, ita referunt decifum Ptasec. in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. sub num. 9. Nicol. Garc. in addit. ad d. part. 3. cap. 2. num. 253. Armendar. d. lib. 2. tit. 23. de residentia Canon. num. 8. Dolozano d. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 21. Castro Palao d. §. 9. num. 13. in fine. Trullench. d. §. 9. in princ. Ego ipse d. alleg. 56. num. 18. & 19.
57. Habentes quasunque facultates percipiendi fructus beneficiorum suorum in absentia studiorum causa, nec distributiones quotidianas, eo ipso absentia tempore, nec præbendæ suæ tertiam partem in eius generis distributiones Tridentini decreti auctoritate conuersam capere possunt, vt referunt decifum Aloyf. Ricc. d. resolut. 386. num. 3. in fine. Monet. d. cap. 10. num. 24. Ego ipse d. alleg. 56. num. 19. prope fin. Absentia enim studiorum causa etiam obtenta licentia à Sede Apostolica non excusat ab amissione istius tertiæ partis, sicut nec excusat ab amissione distributionum quotidianarum, ita referunt decifum Gonzal. d. §. 7. proxi. num. 179. Armendar. d. loco, num. 123.
58. Quia, quando præbenda est tenuis, & ferè omnes fructus consistunt in distributionibus, tunc absens causa studij lucratur etiam distributiones, dempta tertia parte, vt resolut. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 70. num. 3.
59. Quamuis in docentibus S. Scripturam, vel Theologiam, aut ius Canonicum publice in scholis, & ab Vniuersitate conductis licentiam Episcopi non requiri, referat sibi fuisse responsum Nicol. Garc. d. p. 3. c. 2. num. 559. ad 4. nec ad docendum habeant vllam temporis determinationem, sed fructus percipere possint quamdiu docuerint, secundum Monet. d. g. 10. num. 16. quem refero d. alleg. 56. num. 32. In studentibus verò huiusmodi licentiam desiderari probat text. in cap. tua fraternitatis, de elec.
- ric. non resid. & in cap. cum ex eo, de elect. lib. 6. Ita Pius IV. in sua Constit. incip. Sanctissimus, sub die 24. Nouembris 1564. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 88. Monet. d. g. 10. num. 9. Vnde his si minores sint 30. annis, & velint in publico, celebrique gymnasio Theologia, vel sacris Canonibus studere, tunc Ordinarium licentiam concedere, referunt decifum Nicol. Garc. d. c. 2. num. 82. & 86. Armendar. d. loco num. 121. Sanctarell. d. g. 3. num. 23. Ego ipse d. alleg. 56. num. 29. Quia tamen licentia illis non suffragatur ultra quinquennium impetrata à die, quo studere cepit, vt referunt decifum Nicol. Garc. d. p. 3. cap. 2. num. 101. & resolutum Less. de iustitia lib. 2. cap. 34. dub. 29. num. 163. in princ. Sanctarell. d. quest. 3. num. 27. Monet. d. quest. 10. num. 14. Armendar. d. loco num. 99. & 102. Ego ipse d. alleg. 56. num. 31.
60. Parochiales Ecclesias obtinentibus post Concil. Trident. studendi licentia, ac in absentia studiorum causa fructus percipiendi non datur, vt referunt decifum Nicol. Garc. p. 3. cap. 2. num. 84. Ego ipse de officio Parochi, cap. 8. num. 27. quia hodie per Concilium non admittuntur, nisi qui per concursum magis idonei fuerunt iudicati, ex eodem Garc. d. cap. 2. num. 81.
61. Et ideo Parochis non licet causa studiorum à suis parochialibus Ecclesijs post Concil. abesse, nec Episcopis licentias ad id concedere potest, illeque si concessa fuerint, non suffragantur, vt resolutum attestantur Trullench. d. §. 9. num. 3. vers. obtinentibus. Nicol. Garc. in addit. ad d. p. 3. cap. 2. num. 81. vbi etiam ait decifum, parochialis possessionem non posse denegari habenti cathedram in Vniuersitate pro interpretando iure Canonico, quia si non resideat, potest postea puniri.
62. Parochus verò ciuitatis poterit inibi in publica Vniuersitate S. Scripturam legere, ita tamen vt cura animarum per ipsum exercenda nihil detrimenti pauatur, ita referunt resolutum Aldian. citato loco num. 20.
63. Sed quando Parocho ex gratia conceditur per Sedem Apostolicam studendi facultas, vt fructus suos faciat, hæc in se scripta exigunt. Primum, vt studeat Theologia, aut iuri Canonico in celebri Vniuersitate. Secundum, vt non sit ætatis triginta annorum, nisi iam studia incepisset, & illa nondum absoluisset. Tertium ad quinquennium tantum à principio studij computandum, adiuncta clausula vt infra annum promoueatur. Quartum, vt interim cura animarum per idoneum vicarium ab ordinario eligendum, assignata illi congrua portione fructuum, exerceatur. Ita Nicol. Garc. d. p. 3. cap. 2. num. 81.

## De Prædicationis munere exequendo, &amp; licentia Superiorum ad id requisita.

## CAPVT II.

- 1 Doctores de prædicationis munere agentes.
  - 2 Prædicare est præcipuum Episcoporum munus.
  - 3 Episcopus vel debet per seipsum prædicare, vel sumptibus suis alium conducere.
  - 4 Episcopus cum prædicat omnes silere debent. ibid.
  - 5 Prædicandi munus potest per Episcopum committi clerico, qui non sit in sacris.
  - 6 Prædicatorem deputandi munus pertinet ad Episcopum impeditum aliqua causa, ex delibatis in cap. inter cætera, de offic. ordin.
  - 7 Prædicatoris electio, & deputatio in cathedralibus semper spectat ad Episcopos. Limita vt num. 7.
  - 8 Capitulum in electione prædicatoris in Ecclesia cathedrali nihil potest.
  - 9 Prædicatorem in Ecclesia cathedrali sumptibus proprijs conducere debet Episcopus.
  - 10 Consuetudo immemorialis nominandi, vel presentandi prædicatorem Episcopo pro Ecclesijs inferioribus, non est sublata.
  - 11 Episcopus non potest compellere vniuersitatem ad præstandam solitam elemosynam prædicatori, si ipsum voluerit deputare.
  - 12 Consuetudo seruanda est, qua solent ex publico ciuitatis arario elemosynæ dari.
  - 13 Pensionarius non tenetur contribuere pro mercede concionatoris, vbi est consuetudo quod populus ealem impensam faciat.
  - 14 Curati cogendi sunt ad subeunda per seipsum, & non per substitutos ea munia ad quæ tenentur.
  - 15 Parocho per seipsum concionanti minime licet prætereunde elemosynam.
  - 16 Parochi per seipsum inter Missarum solemnias sermonem habere possunt, etiam quando Episcopus ipse prædicat.
- Pastores prædicandi officium non negligant, qui curare debent, vt diebus Dominicis, & festis sollempnibus, quantum fieri potest, verbum Dei populo prædicetur. ibid.

- 17 Regulares predicare volentes, à quibus licentiam habere debeant.
- 18 Regulares in Ecclesijs suorum Ordinum predicare volentes, non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum à suis superioribus.
- 19 Episcopus si non modò benedictionem simpliciter non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit quominus predicent in suis Ecclesijs, tunc illo contradicente predicare poterunt.
- 20 Licentia Episcopi requiritur ad hoc, vt Regulares predicare possint in Ecclesijs, quæ sui Ordinis non sunt, & eos examinare poteris.
- 21 Regulares predicantes in Ecclesijs quæ suorum Ordinum non sunt, absque licentia Episcopi, an ab eo puniri possint.
- 22 Gregorius XV.
- 23 Episcopus potest interdicerè Regulari ne predicet licentia non petita, etiam non reddita causa.
- 24 Predicatores errores, aut scandala disseminantes per Episcopum à predicatione interdicti debent.
- 25 Questores eleemosynarios abolendos precipit.

**Q**uia verò Christianæ Reipub. non minùs necessaria est prædicatio Euangelij, quàm lectio, & hoc est præcipuum Episcoporum munus: statuit, & decreuit eadem Sancta Synodus, omnes Episcopos, & Archiepiscopos, Primates, & omnes alios Ecclesiarum Prælatos teneri per seiplos, si legitime impediti non fuerint, ad prædicandum sanctum Iesu Christi Euangelium. Si verò contigerit Episcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento: iuxta formam generalis Concilij, viros idoneos assumere teneantur ad huiusmodi prædicationis officium salubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtè subiaceat vitio. & Archiepiscopi quoque plebanis, & quicumque Parochiales, vel aliàs curam animarum habentes, Ecclesias quocumque modo obtinent, per se, vel alios id eos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua & earum capacitate pascant salutaribus verbis: docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandoque eis cum breuitate & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat: vt penam æternam euadere, & celestem gloriam consequi valeant. Id verò si quis eorum præstare negligat, etiamsi ab Episcopi iurisdictione quauis ratione exemptum se esse prætenderet: etiam si Ecclesiæ quoniam modo exemptæ dicerentur, aut alicui monasterio, etiam extra diocesim existenti, forsan annexæ, vel vnitæ modò re ipsa in diocesi sint, prouida pastoralis Episcoporum sollicitudo non desit, ne illud impleatur: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Itaque vbi ab Episcopo moniti trium mensium spatio muneris suo defuerint, per censuras Ecclesiasticas, seu aliàs ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur, ita vt etiam, si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces persoluatur, donec principalis ipse respiciens officium suum impleat.

Si quæ verò Parochiales Ecclesiæ reperiuntur subiectæ monasterijs in nulla diocesi existentibus: si Abbates, & regulares Prælati in prædictis negligent fuerint: à Metropolitanis, in quorum prouincijs dioceses ipsæ sitæ sunt, tanquam quo ad hoc, Sedis Apostolicæ delegatis, compellantur, neque huius decreti executionem consuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, siue recursus impedire valeat, quousque desuper à competenti iudice, qui summarie, & sola facti veritate inspecta procedat, cognitum & decisum fuerit. Regulares verò cuiuscumque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum, prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. In Ecclesijs verò quæ suorum Ordinum non sunt, vltra licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur: sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint, ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedant.

Verò, quod absit, prædicator errores, aut scandala disseminauerit in populum, etiam si in monasterio sui, vel alterius Ordinis prædicet: Episcopus ei prædicationem interdicit. Quòd si hæreses prædicauerit, contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat: etiamsi prædicator ipse generali, vel speciali priuilegio exemptum se esse prætenderet, quo casu Episcopus auctoritate Apostolica, & tanquam Sedis Apostolicæ delegatus procedat. Curent autem Episcopi ne quis prædicator vel ex falsis informationibus, vel aliàs, calumniosè vexetur, iustamve de eis conquerendi occasionem habeat. **Caueant præterea Episcopi**, ne aliquam, vel eorum, qui cum sint nomine Regulares, extra claustra tamen, & obedientiam religionum suarum viuunt, vel Presbyterorum sæcularium: nisi ipsis noti sint, & moribus atque doctrina probati, etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu in sua ciuitate, vel diocesi prædicare permittant, donec ab ipsis Episcopis super ea res, sancta Sedes Apostolica consulatur, à qua priuilegia huiusmodi, nisi tacita veritate, & expresso mendacio ab indignis extorqueri verisimile non est.

Questores verò eleemosynarij, qui etiam quæstuarij vulgo dicuntur, cuiuscumque conditionis existant, nullo modo nec per se, nec per alium prædicare præsumant: & contra facientes ab Episcopis, & Ordinarijs locorum, priuilegijs quibuscumque non obstantibus, opportunis remedijs omnino arceantur.

*Indictio futuræ Sessionis.*

Item hæc sacrosancta Synodus statuit, & decernit, primam futuram Sessionem tenendam, & celebrandam esse, die Iouis, feria quinta post festum beati Iacobi Apostoli.

Prorogata deinde fuit Sessio ad diem 13. mensis Ianuarij, 1647.

Barbof. Collect. in Concil. Trid.

B 3 Vide

a Infrà sess. 24. c. 2. de ref. b 11. Tol. c. 1.

c Concil. Later. sub Inn. 3. c. 10. c. inter cetera de offic. iud. ord. Vide post finem huius lib. d. Con. Cõst. 6. cap. 8. c. exijt. §. habetur etiam de ver. sig. & Conc. Later. vit. sess. 11. Hierem. Thren. 4.

e Conc. Lat. vit. sess. 17. de modo præd.

f cap. excommunicamus §. quia verò de hæ. infrà sess. 24. c. 4. de reformatione.

g Concil. Later. sub Innoc. 3. c. 62. c. cum ex eo. de penit. & remiss. Cle. a. bulionibus eo tit. infrà sess. 22. de reformatione. cap. vt officium §. compellend. de hæret. 16.

1. **V**ide Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 20. nu. 23. Sbroz. de officio vicarij lib. 2. cap. 21. Marc. Ant. Genuent. in man. Prælatorum. cap. 32. Steph. Quarant. in summ. Bullarj 5. verb. Prædicator. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 118. cum seqq. Stephan. Gratian. discip. forens. cap. 393. Piafec. in praxi Episcop. p. 2. c. 3. n. 16. Lauret. de Franchis de controu. inter Episc. & Regul. 6. vers. 1. Fr. Ioan. de la Cruz de statu Religion. lib. 1. cap. 7. dub. 2. Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 6. cum seqq. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ. lib. 4. tit. 30. l. 3. de prædicatoribus sacra Scriptura. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 1. cap. 8. à princip. Fr. Ludouic. Miranda in man. Prælatorum to. 1. q. 50. art. 2. nouissime Stephan. VVeyms ad 24. constitutiones ex iure antiquo desumptas, & per Concil. Trident. innouatas, consil. 5. pag. 40. cum seqq. vbi innouatur cap. inter cetera, de offic. Ordin. per decretum in præsent. Trullench in Decal. lib. 3. cap. 1. dub. 2. num. 9. Tambur. de iure Abbat. tom. 3. dist. 59. l. 1. a. num. 58. Metipsum de officio. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 76. & de officio & potest. Parochi. p. 1. cap. 14. & infra à sess. 24. de reform. cap. 4.
2. **a** Et hoc est præcipuum Episcoporum munus. ] Ita Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 12. c. 13. n. 13. Ego ipse d. allegat. 76. num. 1. & infra à sess. 24. de reform. c. 4. num. 2. Steph. VVeyms citato loco num. 1. Intellige, in propria diœcesi, quia extra illam non conceditur prædicatio Episcopo, cum possit prohiberi ab Ordinario, cuius est diœcesis, ita Fusc. d. cap. 20. num. 23. Piafec. d. cap. 3. num. 16. vbi ait sic fuisse per Clementem VIII. resolutum, Aloyf. Ricc. in decis. curia Archiep. Neapol. decis. 130. p. 2. & in praxi rerum fori Eccles. decis. 543. in 1. edit. alias resol. 465. per tot. Campan. d. cap. 13. n. 7. in princ. Stephan. Gratian. d. cap. 393. a. num. 9. vbi num. 11. resolutum privilegium Episcoporum, vt per vniuersum mundum possint prædicare, iuxta illud Matth. 9. Marc. ult. in cap. in nouo 21. dist. intelligi, nisi in alienis diœcesibus prohibeantur ab Episcopis locorum, quasi potestas prædicandi intelligenda sit in proprio populo, non in alieno, Fusc. d. cap. 20. n. 23. in fine. Ego ipse d. allegat. 76. num. 3. Stephan. VVeyms d. loco num. 8.
3. **β** Omnes Episcopos, &c. ] Vnde Episcopum vel debere per se ipsum prædicare, vel sumptibus suis alium conducere, refert decisum Aldan. in compend. Canon. decis. lib. 1. tit. 4. num. 1. quia dum legitimo desinentur impedimento, tenentur assumere alios ad huiusmodi prædicationis officium salubriter exequendos idoneos, potentes in opere, & sermone, cap. inter cetera, de offic. Ordin. hic innouatum, Stephan. VVeyms d. loco num. 2. Sed cum prædicauerit Episcopus, omnes prædicatores silere debent, illisque poterit inhibere, vt eo tempore à prædicatione abstineant, ex eod. Aldan. d. tit. 4. num. 2. vbi refert ita resolutum in Bituntina 17. Februarij, & 2. Martij 1629, nisi prædicare volens esset Parochus in sua propria Ecclesia, vt infra videbimus num. 16.
4. **γ** Viro idoneo assumere teneantur. ] Dummodo sint clerici saltem in minoribus Ordinibus constituti, potest enim prædicandi munus committi per Episcopum etiam clerico, qui non sit in Sacris, vt resoluunt Rendina in promptuario recept. sent. tom. 1. tit. 17. num. 24. Sayr. in floribus decis. sub tit. de tempor. Ordin. decis. 2. Armendar. d. loco num. 36. Postquam de officio curati cap. 3. num. 14. in fine, Vgolin. de officio Episcopi, cap. 42. §. 2. num. 1. Ego ipse d. allegat. 76. num. 45. sed non laico, ex Concil. Lateranens. sub Leone X. sess. 11. Aldan. d. tit. 4. num. 3. vbi testatur ita decisum sub die 23. Iunij 1580.
5. Munus deputandi prædicatorem pertinere ad Episcopum impeditum aliqua causa, ex delibatis in cap. inter cetera, de offic. ordinarij, nisi in contrarium sit consuetudo ab immemoriali tempore, referunt decisum Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. prædicatio. §. 7. Franc. Leo. d. cap. 8. sub num. 4. Armendar. d. loco num. 2. Campan. d. cap. 13. num. 14.
6. In Ecclesijs verò Cathedralibus semper spectat ad solos Episcopos electio, & deputatio prædicatoris, nulla habita ratione cuiuscunque consuetudinis, etiam immemorabilis, qua talis deputatio Capitulo, vel Episcopo vnà cum Capitulo, siue de eius consilio, aut cuius alteri competeret, prout testatur resolutum Armendar. d. loco num. 3. quem refero Ego ipse d. allegat. 76. num. 6. refert ipsam declarationem nouissime Stephan. VVeyms d. loco num. 10. vbi attestatur ex suo voto per sacram Congr. Illustrissim. DD. Cardin. Concilij Trident. Interpretum inter plures alias questiones controuersas decisum, & declaratum extitisse quoad deputationem Concionatoris in Ecclesia Cathedrali Tornacensi, spectare illam ad eundem Episcopum, etiam non obstante contraria consuetudine immemorabili, subditque quòd Capitulum, vel canonici se non possunt de cetero intrmittere in huiusmodi deputationem, neque aliquem ad prædicandum in Cathedrali deputare, vel admittere, contradicente, vel inconsulto Episcopo, & nequidem ex prædicatoribus ab ipso Episcopo aliàs approbatis.
7. Erit tamen in optione Episcopi, vtrum ipse malit prædicatorem in sua Cathedrali eligere, aut deputare, quando populus illum etiam ab immemorabili tempore eligere, & nominare consueuisset, vel prædictam nominationem ex immemorabili consuetudine relinquere; ita tamen vt Episcopus electionem deputationemque prædicatoris erogando non compellat. Sin verò populum prædicta facultate eligendi prædicatorem Episcopus vt sinat, eundem populum cogere potest ad eas impensas, & eleemosynas prædicatori præstandas, quas ipse populus in hanc causam præstare solitus est, vt refert decisum Armendar. d. loco num. 11. vbi num. 17. pariter dicit resolutum, in electione Episcopi esse prædicatorem in sua Cathedrali deputare, quando aliàs pertinere ad populum ex immemorabili consuetudine, & tunc non posse Episcopum compellere populum ad solitam eleemosynam, & impensas prædicatori præstandas; secus si Episcopus sineret vt populus nominaret, & solitus esset præstare, refero ego ipse d. alleg. 76. num. 11. & nouissime Stephan. VVeyms d. loco num. 11. & 12.
8. Capitulum in electione prædicatoris in Ecclesia Cathedrali nihil potest, ex Armendar. d. loco num. 21. quem refero d. alleg. 76. num. 7.
9. Sumptibus proprijs conducere debet Episcopus prædicatorem in Ecclesia Cathedrali, non obstantibus quibuscunque consuetudinibus, & immunitatibus, vt refert Armendar. d. num. 5. vbi num. 16. ait, sic decreuisse Pium V. subditque postea Gregorium XIII. statuisse deinceps rationem habendam esse consuetudinis immemorabilis, & Episcopum hac ratione posse cogere.
10. In Ecclesijs verò inferioribus non est, sublata immemorabilis consuetudo nominandi, vel præsentandi prædicatorem Episcopo pro illis Ecclesijs, ex Armendar. d. loco num. 15. prope fin. nouissime Stephan. VVeyms vbi sup. num. 13. Et vbi in eis vigerit consuetudo, quòd populus soluat concionatori, ea seruanda est, nisi forsitan facultas nominandi prædicatorem vniuersitati ab immemorabili tempore competere, & Episcopus talem nominationem sibi vendicauerit, vt refert decisum idem Armendar. d. loco num. 22. quem cito d. allegat. 76. num. 12.
11. Episcopus enim non potest compellere vniuersitatem ad præstandam solitam eleemosynam prædicatori, si ipsum prædicatorem voluerit deputare; secus verò si sinat vniuersitatem, vt consueuit, eligere sibi prædicatorem, ab ipso tamen approbandum; si verò adesset consuetudo immemorabilis quòd vniuersitas soluat, & Episcopus eligat, tunc ea seruanda erit. Ita Aldan. d. tit. 4. num. 5. vbi ait sic fuisse decisum in Ariminens. 29. Octobris 1585, & in Conuersan. 17. Maij 1588.
12. Si ex publico ciuitatis ærario concionatori solent eleemosynæ dari, ea consuetudo seruanda est, vt referunt decisum Galet. in margarita casuum conscient. verb. Prædicare. Armendar. d. loco num. 24.
13. Pensionarius non tenetur contribuere pro mercede concionatoris præsertim vbi est consuetudo quòd populus talem impensam faciat, ita testatur resolutum Armendar. d. loco num. 23. & 25. quem refero Ego ipse d. alleg. 76. num. 13.
14. **δ** Archiepiscopi quocunque, &c. ] Cogendi sunt igitur Curati ad subeunda per se ipsos, & non per substitutos, ea munia ad quæ tenentur; tolerandum autem vt per substitutum suppleant in illis tantum casibus, quibus expressis verbis canonum, decretorumve Concilij permittuntur.

sum est eis, ut per vicarios, coadiutores, vel substitutos possint officio suo fungi. Ita refert decimum Aldan. d. sit. 4. num. 6.

15. Parocho per se ipsum concionanti minime licet, prae-textu cuiuscumque paupertatis, pretendere sibi praestari eleemosynam solitam dari praedicatoribus alias ab uni-versitate electis. Ita Aldan. d. sit. 4. num. 8. ubi refert deci-sum in Vestana 20. Martij 1621. & illius memini de officio, & potest. Parochi, cap. 14. num. 7.

16. Parocho per se ipsos inter Missarum solemnia sermo-nem habere possunt, etiam quando Episcopus ipse praed-icat. Ego ipse d. cap. 14. num. 3. ubi assero sic fuisse resolu-tum in Terulen. 11. Junij 1631. cuius memini in tract. de Pa-rocho p. 1. c. 5. §. 2. num. 3. & Lozana in sum. quest. Regular. c. 20. num. 6.

Diebus saltem dominicis, & festis solemnibus, &c. De-bent ergo Pastores praedicandi officium non negligere, & curare, ut diebus Dominicis, & festis solemnibus, quantum commodè fieri possit, verbum Dei populo praediceatur, ut per Suar. de Relig. tom. 1. lib. 2. de diebus festis c. 16. num. 7. ubi aduertit Concilium in presenti, & in c. 4. sess. 24. de reform. non videri tam rigorose ac praecise id praecipere, ut peccare grauius ceantur, si interdum, vel saepius illud omitant, quia non vult Concilium verbis tantam obligationem indicantibus, sed mandata ut id fa-ciant illis diebus, & alijs per Quadragesimam, & Aduentu-m, si ita oportere duxerint, & deinde, & alijs quotiescum-que id opportund fieri indicauerint.

17. Regulares vero cuiuscumque Ordinis, &c. Vide Fr. Emman. quest. regul. tom. 3. quest. 32. art. 1. cum seqq. Vgo-lin. de potestate Episcopi, cap. 42. §. 2. num. 4. Fr. Ludouic. Miranda in man. Pral. tom. 1. quest. 50. art. 2. Campan. d. cap. 13. §. 6. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 18. num. 123. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 290. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 2. cap. 3. quest. 36. Portel. in dubijs Regul. verb. Praedicatorum, Hieron. Roderic. in compend. quest. regul. resol. 112. de Praedicatoribus, metipsum d. alleg. 76. num. 18. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. c. 42. num. 3. ubi num. 4. subdit quod possunt Episcopi compellere Regulares ad emittendam professionem Fidei ante-quam praedicationis munus incipiant, si ita ipsi Episco-po videbitur.

18. Regulares in Ecclesijs suorum Ordinum praedicare volentes, non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinari, & approbari debent, ac ab eo habe-re licentiam, & cum ea se personaliter coram Episcopo praesentare, ab eoque petere benedictionem, tamen si eam minime obtinuerint, ita Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. quest. 32. art. 5. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 18. num. 123. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. resol. 633. in 2. edit. & in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 219. part. 2. Galet. in margarita casuum conscientia, verb. licentia, Armendar. in addit. ad recop. legum Navarra, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 56. Ego ipse d. alleg. 76. num. 19. ubi num. 20. cum Ludou. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 50. art. 3. conclus. 1. aduero decreto Concil. sess. 24. de reform. cap. 4. de non praedicando, contradicente Episcopo, quoad Regulares intelligendum esse ad limitandum de illo tempore, & hora, qua Episcopus praedicare voluerit, aut coram se facere solemniter praedicari, non verò alias, ne contrarij videatur textus, in presenti concedenti Praedicatoribus Regularibus in Ecclesijs suorum Ordinum cum sola Episcopo benedictione posse praed-icare, etiam non habita expressa licentia.

19. Quod adeo verum est, sufficere benedictionem peti-tam, licet non obtentam, ita tamen ut si Episcopus non modo benedictionem simpliciter non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit quominus praedi-cent, tunc illo contradicente in sui quidem Ordinis Ecclesijs licet illis praedicare, quemadmodum S. Concil. Trident. decretis salubriter est cautum, Aldan. d. sit. 4. num. 10. ubi refert ita censuisse S. Congr. negotijs Episco-porum, & Regularium praeposita, sub die 30. Ianuarij 1629.

20. In ijs verò Ecclesijs, quae sui Ordinis non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum etiam requiritur Epi-

sco-pi licentia obtenta, ut per hunc textum tradunt Aldan. d. loco, Hieron. Roder. in compendio quest. Regul. resol. 112. num. 2. Et hoc casu posse Episcopum examinare Regulares huiusmodi praedicare volentes in Ecclesijs, quae non sunt suorum Ordinum, tenet Aldan. d. loco, asserens sic fuisse resolutum in Vgentin. 22. Ianuarij 1628, quicquid dixerint Henric. in sum. lib. 10. c. 23. in commento, litt. L. Fr. Ludouicus Miranda d. q. 50. artic. 2. concl. 1. in med. Campan. d. cap. 13. num. 9. Hieron. Roderic. d. num. 2. in fine.

Regulares, qui absque licentia Episcopi praedicaue-rint in Ecclesijs, quae suorum Ordinum non sunt, tamen si decreto Concil. in presenti contrafecerint, non possunt tamen puniri ab Episcopo, sed tantum à suis su-prioribus Regularibus. Ita decisiu reserunt Quarant. in summa Bullarj, verb. privilegia Regularium, Zerolin. praxi Episcopi p. 1. verb. excommunicatio causa materialis, §. 4. Pia-fec. in sum. praxi part. 2. cap. 3. num. 41. vers. Praedicatorum, Campan. d. cap. 13. num. 10. Portel. in dub. Regular. verb. Praedicatorum, num. 1. Hieron. Roder. d. resol. 112. num. 3. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 401. ubi de pena Regularis praedi-cantis in aliena diocesi cum licentia Episcopi, absque tamen licentia sui Superioris.

Sed hodie per constit. Gregorij XV. incip. Insuperabili sub dat. 9. Februarij 1622. contrarium est dicendum: verba autem dictae constit. sunt quae sequuntur: Ac demum habeat Episcopus auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscum-que exemptos, tam saeculares, quam Regulares, qui in alienis Ecclesijs, quae suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, praedicare presumpserint. Et illos coercere, & punire posse etiam censuris Ecclesiasticis, sicut declaratum per S. D. N. Urbanum VIII. in quadam constit. in forma Breuij, directa Episcopo Giennen. sub dat. 30. Ianuarij 1629.

Si praesentatus Ordinatio fuerit praedicator idoneus, non est illi deneganda licentia, ut refert decimum Armendar. d. l. 3. de praedicatoribus snera Scriptura, num. 8. Potest tamen Episcopus interdicare Regulari ne praediceat li-centia non petita, etiam non reddita causa, sicut testantur resolutum Fr. Leo d. p. 1. c. 8. n. 9. Piafec. d. p. 2. c. 3. n. 41. vers. si Item, Ego ipse d. alleg. 76. n. 28. nam licet Ordinarius ad libitum, & sine rationabili causa suspendere non possit à praedicatione, ex eodem Armendar. d. loco nu. 9. quem refero d. alleg. 76. num. 21. si nihilominus suspendat, non tenetur cautam exprimere, quare ad hoc prohibendum moueatur ut dicunt decimum Franc. Leo d. cap. 8. num. 9. Campan. d. cap. 12. num. 8. Ego ipse d. loco, num. 22.

Si vero, quod absit, &c. Ex hoc decreto praedicatorum errores, aut scandala disseminantes, per Episcopum à praedicatione interdici debent: si autem haereses praedicaerint, contra eos etiam quomodolibet exemptos, tanquam Sedis Apostol. delegatus secundum iuris dispositionem, & loci consuetudinem procedere valet, curando tamen ne falsis informationibus, vel alijs calum-niose aliquis eorum vexetur, ita Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. q. 32. art. 8. Fr. Leo d. p. 2. cap. 2. num. 61. Fr. Ludouic. Miranda d. q. 50. art. 7. Campan. d. c. 13. n. 21. Galet. in margarita casuum conscient. verb. praedicare, vlt. Portel. in verb. praedicatorum, num. 12. Hieron. Roderic. d. resol. 112. num. 12. Ego ipse d. alleg. 76. num. 48. & 49. Marcel. Vulpe in praxi iud. fori Eccles. c. 42. num. 13. in fine, ubi ait posse Episcopos procedere contra Regulares errores praedicates, & num. 14. contra eos, qui relationes, aut miracula non authentica praedicaerint. Tambur. d. tom. 3. disp. 5. q. 11. num. 60.

Caueant praeerea Episcopi, &c. Vide Ludouic. Miran-da d. art. 7. ad fin. Hieron. Roderic. d. resol. 112. num. 13. Fr. Emman. quest. regul. tom. 3. quest. 32. art. 9.

Quosores vero eleemosynarj, &c. Vide Nauar. de indul-gent. not. 31. à num. 46. Paul. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 30. num. 36. Henric. in sum. lib. 7. c. 29. à princip. Cened. in collect. ad Sextum, collect. 9. Fr. Emman. d. q. 32. art. 11. Jul. Lauer. de indulgent. p. 2. cap. 13. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 290. Hieron. Roderic. d. resol. 112. num. 15. metipsum de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 109. & infra sess. 21. de reform. c. 9.

